

IN NOMINE JESU!

THESES THEO-
LOGICÆ, de justificatione, quas
ex decreto Venerandi Senatus Academici, juxta te-
norem regiarum constitutionum, loco Disputa-
tionis introductoryæ, publicè proponit

ENEVALDUS SVENONIUS,

Q. G. A. hactenus professor Eloq:

R E S P O N D E N T E

N I C O L A O S V E N O N I S Smolandia-
Sveco, S. R. M: Alumno.

In Auditorio Superiori die 24. Sept. Anni
1660. horis ab 8. Matutinis.



A B O E

Excusæ à PETRO HANSONIO Acad. Typ.



I.



Ox justificationis à profanis Scriptoribus fuisse usurpata non legitur, sed tantum ab Ecclesiasticis, præsertim Augustino, qui in quæstione super Exod. lib. 2. c. 95. ait:

Justificationes sane Latini interpres, eas esse dixerunt, que Græci δικαιώματα appellant.

II. Vox justificationis in hanc materiam ex usu scripturae obtinet significationem forensim. *Contra pontificios, qui justificare denotare justitiam infundere dictant.*

III. Coram Deo igitur justificari nihil significat aliud, quam peccatorem coram tribunal Dei constitutum, & ad thronum gratiae con fugientem, à culpâ & poenâ æternâ liberari, absolvi, adeòq; justum constitui ac pronunciari. *Contra eosdem Bellarmini socios.*

IV. Causa justificationis efficiens prima est gratia Dei. Meritoria est sola obedientia Christi, cum activa tum passiva. Organica est fides. Materia sunt promissiones

Eyan-

Evangelicæ. Forma est applicatio Meriti Christi, sive imputatio justitiae per fidem. Finis est salus animarum. *Contra pontificios, photinianos & Arminianos.*

V. Exclusiva (solâ fide justificamur) ita, ut ex parte nostri nihil requiratur nisi fides, constanter retinenda & defendenda est. *Contra patres concil: Trident: qui anathema dicunt ijs, qui sola fiducia nos justificari ajunt. Nec non Socin. & Armin.*

VI. Bona opera non sunt causa sine quâ non, vel conditio, quâ homo justificatur & æternæ salutis hæres ab initio scribitur, sed sequuntur justificatum, non præcedunt justificandum. ut *Augustinus ait lib. de fide & operibus c. 14. contrâ Novatores.*

VII. Vera fides tn. non est separata à charitate, nec cum peccatis mortalibus coexistere potest. *contra concil: Trident. Sess. 6. c. 9.*

VIII. Fides salvifica non solum est assensus, sed & notitia & fiducia simul. *contra eosdem pontificios.*

IX. Ad justificationem non sufficit fides implicita & generalis, sine cognitione articulorum fidei explicita & speciali. *Contra pontif. Socin. Remonstrantes &c.*

X. Justi-

X. Justificationis Adulorum & infantium
eadem estratio. *Contra Beza in Resp. ad colloquium
Mompelg.*; ejusq; Socios Calvinianos reliquos, qui ne-
gant infantes justificari fide sua. item phot: & pon-
tificios.

XI. Justificationis unus idemq; modus est
in V. & N. Testamento, nisi quòd illi cre-
diderant in Messiam venturum, nos verò in
exhibitum. *contra Socin. aliosq;*

XII. Justificationis & salutis æt. consequendæ
eædem sunt causæ, media & conditiones. *Con-
tra pontificios, nonnullos Calvinianos, aliosq;*

XIII. De sua salute certi sunt justificati cer-
titudine hypotheticâ. *Contra Calvinianos, qui ab-
solutam comminiscuntur certitudinem, ita ut verè ju-
stificati non possint excidere gratia Dei ac salute. Ut
& pontificios, neminem de prædestinatione & salu-
te suâ certum esse docentes. Conf. Beza Resp. ad
colloq. Mompelg. p. 68. & concil. Trident. sess. 6.
can. 15.*